

56. Accepi d. 25 Julij 1757.

Viro Doctissimo  
 qui est a Secretis Academiae  
 Petroopolitanae  
 Vincentius Riccatus  
 S. P. T.

Accepi non ita pridem litteras a Paello Fusio viro claris-  
 simo, et amico meo, quibus me pro sua humanitate honorabatur,  
 ut duos commentarios alterum de usu motus tractatorij in constan-  
 tione aequationum differentialium, alterum de seriebus recipien-  
 tibus summam algebraicam, aut exponentialem, quos in publicam  
 lucem emissem, ad celeberrimam vestram Academiam mitterem,  
 spondebatque se curaturum, ut tuto ad eos per Viennam Austriae  
 simul cum alijs libris pervenirent. Homini humanissimi honoratio-  
 nes plurimi, ut par est, faciendas sibi judicavi, praeferim eum ho-  
 nori meo afficerent vel maximo. Itaque commentarios illos in privatis  
 senia Pisae ad Fusium mitto simul cum hac epistola. Rogo  
 te, Vir Clarissime, ut commentarium utrumque meo nomine  
 offeras Academiae, quam jure optimo non ego tantum, sed universae  
 sae litteratorum Respublica suscipit, atque admiratur. Vidim  
 mihi metipsi blandiri nimis sperans, commentarios hosce a vestra

Academia non in improbatum. In primo ad constructionem per  
eo ore motus tractationis aequationes primi gradus, in quibus separa  
vari indeterminatae nulla varione possunt: quae vis quantum ha  
beat difficultatis, tu ipse, vir doctissime, probe cognoscis. In altero  
solvo hoc problema: Dato seriei termino generali definit, utrum  
series praedicta sit summa algebraica, aut exponentiali, et eandem  
determinare, si habeat: quod problema scis, fuisse ab ingeniosissimis  
viris saepe tentatum, nunquam autem solutum. Quaecumque  
vero haec inventa sint, ea tibi Academiae vestrae iudicio  
submitto, pollicens, me in tantummodo probaturum, quod illa  
probandum iudicaverit. Interim roga et Academiam universam  
et sodales singulos, ut munera haec mea perhumaniter accipiant,  
sibi persuadent, omnia tuis inventa <sup>ami</sup> et plurimi fieri, et summo  
protegi cum voluptate. Maximo me honore affectum ducam, si  
et mea non potius indigna tanta luce iudicaverit. Tu, vir doctus,  
me, diu vale, et diu valeat tibi Societas singula, ut bonas  
avis ac facultates amplificent, atque proficiant.

Bononiae in Italia Nonis Martij 1757